Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eadem loca siderum redit partis
ccclxv diebus. et vi horis id est
quadrante totius diei. Quae pars
quater ducta cogit interponi unum
diem quod romani bissextum uocant
ut ad eundem circuitum redeatur.
Quartus solaris q̄r̄i annus bisse-
xtilis est ceteris tribus una die plixi
or. Quo confecto sol ad cuncta sig
norum loca eisdem dierum noctiumque
quibus ante quadriennium reuer
titur horis. Annus errantium stel
larum est quo illarum quaeque zodi
aci ambitum perlustrat. De quo super
ius diximus. Annus magnus est
cum omnia simul errantia sidera ad
sua quaeque loca quae simul habuere
recurrunt. De quo iosephus in pri
mo antiquitatum libro cum longe
uitatem primorum hominum descri
beret. ita meminit. Nullus autem
ad uitam modernam et annorum
breuitatem quibus nunc uiuimus
uitam comparans antiquorum putet
falsa quae de illis sunt dicta. Neo
que nunc uita tanto non ducatur
tempore credat. neque illos ad uitae
illius longitudinem peruenisse. Illi
namque cum essent religiosi et ab ipso
deo facti. cumque eis pabula oportuni

ora ad maius tempus existerent
praeparata. tantorum annorum cur
riculis ita uiuebant. Deinde propter
uirtutes et gloriosas utilitates
quas iugiter perscrutabantur. id est
astralogiam et geometricam deus
eis amplius uiuendi spatia condona
uit. quae nunc haud discere potuissent (margin: numquam)
nisi dc uiuerent annis. Per tot enim
annorum curricula magnus annus
impletur. Annum autem ciuilem
id est solarem hebrei ab aequinoctio
uerno. a solstitio greci. Aegyptii
ab autumno. A bruma incipiunt romani.

DE DISPARIBUS ANTIQUORUM ANNIS

XXXVII

HAEC DE ANNIS
sint dicta naturalibus. Ce te
rum antiquos diuersarum gentium
populos diuersa et in obseruatione
annali a uero deuiasse etiam
beatus augustinus edocet. qui cum in xv
de ciuitate dei libro contra eos ageret
qui etiam sanctam scripturam putabant.
Aliter primis seculi temporibus annos
computasse. id est tantae breuitatis
ut unus annus noster x illos habuisse
credatur. dicentes. Cum audierit
quis uel legerit dcccc et tot annos
quemque uixisse. debet intellegere xc.